

Dominica infra octavas Ascensionis

da est sanctitas pontificis. Comendanda est misericordia pietas saluatoris. sacerdotem iustificans infidelē. Ecce q̄ be. Grego. suo hospiti fuit fidelis et amicus. **P** Ecce sunt quidam suis hospitibus ingrati. Sicut narrat Seneca. li. iij. de beneficiis. Miles quidam naufragus litore est appulsus et in hospitio cuiusdam per xxx. dies refocillatus. tandem licentia recipiens ait. gratias tibi referam. si imperatorem me videre contingat. veniens ad Philippum regem macedonum: preda illius apud quem fuit hospitatus poposcit. annuit Philippus vir ille expulsus non ut iners vel rusticus illud tulit. sed ad curiam imperatoris accessit. et ingratus dominum militis exposuit. Philippus hoc audiens infestis ut improbitissimo militi ingratis hospiti stigmata infingerent quod eius ingratitude perpetuo restarent et hospiti omnia redderent. Et sic statutum fuit ut hospitibus ingratis stigmata infingerent ut dicit Seneca. Tertio caueat hospes nimiam dominationem in domo vel familia sui hospitis exercere. sed minimo domestico studeat obviare diligenter. Est enim nimis reprehensibile. si ordinatum dominum domus hospes presumserit reprobare qui tenet omnibus modestiam observare. **T**ercio dicitur. Cum facis ingressus studeas sic esse modestus. Ut patet decessus rumor sit de te honestus. Quarto caueas nimiam frequentationem. Juxta illud Proverbia. xxv. Subtrahere pedem de domo proximi tui ne forte saturatus oderit te. Et propter eandem causam cavenda est magna mora. Post tres dies vilescit piscis et hospes. nisi sale conditus vel sit spalis amicus. **Q** Similiter considerandum est. quod hospitalitas diligenter exercenda est propter quatuor emolumenta. Primo quod disponit ad dei recognitionem. Sicut patet de illis duobus discipulis cum in emansu qui coegerunt dominum. ut cum eis in hospitium declinaret deus. Mane nobiscum domine quoniam advespascit et inclinata est iam dies. Et factum est cum ederet cum eis quod cognoverunt eum in fractione panis. Luc. xvi. Sic non nunquam divina cognitio alicui in fundis occasione. vix in hospitio suscipitur. Secundum emolumentum quod confert temporalium multiplicationem. Sicut. iij. Regum. xvij. de vidua que Helyam in hospitio suo suscepit cui farina non defecit nec lechitus olei diminutus est. Idem patet in annulo. c. xxiiij. de quodam fabro qui gratia hospitalitatis nulli panem vel hospitium denegabat. et iuxta magnam fluvium residebat. iuxta eandem aquam ditissimus morabat tenax et avarus. Contingit ut uxorem mitteret ubi pecuniam suam posuerat. et audivit vocem terribilem dicentem. Discedite quia hec pecunia non est nec erit vestra. terra uxoris marito narravit. Septus talia audiverunt nec ultra accedere audebant hec pecunia in trunco ad domum fabri nata vit et ibidem longo tempore latuit. Tandem truncus percussit et pecunia inveniit et faber ditatus. quidam autem tempore contigit avarum venire ad domum fabri et narrat eventum de pecunia. Faber discretus hunc in quibusdam pane magnam summam pecunie sibi dedit. Sed ille offert eum sutori pro suorum calceamentorum reformatione aliquid non habens. postea deficere pane in domo fabri predictus panis a sutori sibi remittat. et sic dei iuram ad vix cedit possessorem. De hoc quere exemplum supra valde notabile. pre prima. dominica. j. post episcopi sermo j. M. C. **R** Tertium emolumentum. quod exclu-

dit divinam visitationem. Sicut patet Josue. vi. de Raab de qua dicitur. Sola Raab meretrix vivat et universa que cum ea in domo sunt eo quod exploratores in hospitio recepisset et eos cum quererent abscondisset dicens. Fateor venerunt ad me. sed tandem ad hospitalitatem communi cumque porta claderet pariter exierunt. Sed nota quod hoc nomen meretrix est equivoce significat meretricem et venditricem vicualium quod proprium est hospitalitatis. nec fuit actu meretrix publica nec fuit ante ut quidam dicunt. quia ipsa mulier fuit postea coniuncta matrimonio ipsi salmon qui fuit princeps nobilioris tribus. Iude propter quod non est verisimile quod accepisset in uxorem talē mulierem que esset acm infamis vel fuisset. et ideo translatio chaldeorum ubi nos habemus meretricis hanc mulieris hospitalitatem et sic dicit etiam hebrei. Quarto quod meretrix dei et angelorum susceptio. Sicut patet de hoc Mattheus. x. Qui vos recipit me recipit. et supra patet in arenga. Et Genesis. xvij. de Abraam. et. xix. de Lot. qui propter hospitalitatem angelos suscepit meruerunt.

Dominica post Ascensionem domini.
Sermo. 23 Quartus.

Hisq; synagogis facient vos Job. xvj. Dicunt naturales experti quod cultelli perforatio et aque colorate infusio immutat fructus arborum. Sed Naz si esset arbor infructifera fructus malos faciens hec ita posset immutari ut fructus dulces produceret coloratos. Faciendum est foramen cum cultello in arborum quocumque odorem vel saporem vel colorem vis inducere distilla per aqua et infunde et colorabit fructus eodem colore vel sapore. Sic etiam dicit Petrus de crescentia. lib. v. Quod arbor debet perforari usque ad medullam et spes aromaticas debet imponi ut cinniber. muscatur. vel quascunq; species volueris. et foramen debet obstrui clavo de ramo facto et sic fructus contrahunt odorem ab alijs speciebus et sapore et fructus aromatici nuncupant. Moraliter per arbores quo ad presens intelligo malam hominum fructus malorum operum afferentes. De quo dicit dominus Mattheus. vi. Mala arbor fructus malos facit. Et infra. Non potest arbor mala fructus bonos facere. ubi dicit Glo. Per malam arborem intelligit homo radicatus in iniquitate. per cultellum autem vno modo intelligit excommunicationem que intelligit per cultellum quem Petrus habuit in cena cum quo agnus dividebatur. Et dicitur alio nomine gladius. Luc. xxij. Ecce duo gladii hic. Alio modo per cultellum subaudi proscritionem quam faciunt reges et iudices seculares transgressoribus et inobedientibus que similis est excommunicationi. quia dicitur libro secundo. q. bannitus a rege vel excommunicatus equiparatur. et significatur per secundum cultellum vel gladium quem Johannes in cena habuit. Igitur si talis homo malus debet de sua malicia vel contumacia immutari et fructus bonorum operum afferre. Necesse est ut vel per prelatos ecclesie perforetur cultello excommunicationis que penetrat usque ad medullas. quia ferit animam. et magnam affert ei penam. Quia dicit lex. C. ne scilicet baptismum iteret. l. hi qui scilicet. quod malorum pene visus est non variari in bestias et hominum carere suffragiis